

PROLEGOMENA

IN LIBRUM DE MORTIBUS PERSECUTORUM.

LENGLIETII MONITUM.

Aureolus iste liber ita confectus, tam sincere elaboratus est, ut non solum expressos videas in eo singulares persecutionis eventus, id est, infaustum ejus initium, seriem atram atque felicem exitum; sed etiam ubique emineat Omnipotentis dextera vindex in tyrannos, et quam ubique se Deus præstet propugnatores pietatis, propulsatoresque injuriam, quæ cultoribus suis a malis principibus inferuntur. Elucet e contra, quanta cura, quantoque studio Summa Divinitas fovit eos principes, qui erant fidelibus benevoli, qualis semper fuit Constantinus, vel eos, qui solummodo ita moderati fuerunt, ut liberam christianis suæ religionis citra molestiam colendæ facultatem dederint, qualis tunc temporis videbatur esse Licinius.

Mens mea est, librum hunc legitimum esse Lucii Cæcili Firmiani Lactantii factum. Sic opinati sunt doctiores quique, nec ab eorum sententia nostrum est recedere. Hunc reperit vir clarissimus Stephanus Baluzius in bibliothecæ Colbertinæ manuscripto codice, qui fuit olim antiqui Cœnobii Moissiacensis in diocesi Cadurcensi. Jam a pluribus sæculis ignotus delitescebat thesaurus ille in angulis hujusce monasterii bibliothecæ. Vix dum in lucem prodit, cum statim non solum exceperunt eum avide cuncti diversarum gentium Litterati studiose legendum; sed illum etiam iterum excudendum curaverunt tum Angli, tum Sæci: quin et versus est in linguas Gallicam et Anglicam. Hunc notis eruditissimis illustrarunt viri doctissimi sive Galli, sive Batavi si sint. Anno 1710 rursus eum publici juris fecit Dominus Nicolaus le Nourry, e Congregatione sancti Mauri monachus Benedictinus: sed non dubitavit modo, imo et asseruit, hunc librum non esse Lactantii nostri, sed cujusdam

Lucii, vel potius Lycii Cæcili ignoti scriptoris. Verum paucos, id est, tres aut quatuor in suam Nourrisius adduxit opinionem. Quin et doctiores quidam ejus errorem, acrius quam decet, redarguerunt, eumque ita exagitarunt, ut apertæ probabilique responsioni locus non supersit. Nec sane difficilis fuit reprehensio; nam ubique Lactantii stylus, ubique ejus ingenium, ubique Lactantianæ, eæque singulares loquendi formulæ sparsim reperiuntur in isto libello, cujus unicus superest codex manuscriptus, integer quidem et antiquus, sed ita ob amanuensis imperitiam et lacunas quasdam deformatus, ut sæpissime in ipso explicando adhibendæ sint vel conjecturæ, vel etiam divinationes. At cum interesse putemus redarguere Nicolai le Nourry rationes, quamvis hæc sint exigui momenti, ideo hic excudi curavimus eruditam dissertationem viri clarissimi Nicolai de Lestocq, doctoris et socii sorbonici, decani Ecclesiæ Ambianensis, et abbatis sancti Axeoli, quocum mihi vetus ab annis quinquaginta et amplius intercedit necessitudo et summa familiaritas. Ne tamen existimet lector eruditus, huic editioni aliquid deesse, ob præmissam a me donni Theodorici Ruinart e Congregatione sancti Mauri Benedictini monachi præfationem in *Acta Martyrum vera et sincera* ab ipso edita anno 1689, ac sæpius recusam aut Amstelodami, aut Venetiis, aut etiam Parisiis, eamque Gallicè versam. Hæc præfatio eximia quidem est; sed quamvis excusa sit a Paulo Bandri ad calcem Lactantianæ suæ editionis, nihilominus non putavi e re esse eam adhuc septima vice excudere, cum ea olim paulo rarior, nunc vulgaris in omnium manibus versetur, nihilque, aut parum conferat ad auctorem nostrum intelligendum.

DISQUISITIO

DE AUCTORE LIBRI CUI TITULUS :

LUCII CÆCILII DE MORTIBUS PERSECUTORUM,

QUI FIRMIANO LACTANTIO TRIBUI SOLET.

Auctore Nicolao de Lestocq, Doctore ac Socio Sorbonico, Ecclesiæ Cathedralis Ambianensis Decano, Vicario Generali Episcopi Ambianensis, et Abbate Sancti Axeoli.

Repertus est a doctissimo viro Domino Stephano Baluze in codice manuscripto bibliothecæ Colbertinæ, nunc Regiæ, Liber cum hoc titulo : *Lucii Ce-*

cilii liber de Mortibus Persecutorum. Hunc Firmiano ascripsit, ac Parisiis anno 1679, jussu Joannis Baptistæ Colbert typis mandari curavit, tomo secundo

suorum Miscellaneorum, hac inscriptione præfixa: **A** tur esse duo *Firmiani Lactantii* prænomena. Quamvis enim Lactantius vulgo dicatur Cælius, et desint in libro *de Mortibus Persecutorum* nomina *Firmiani Lactantii*; in pluribus tamen indubitatorum Lactantii operum manuscriptis nominatur *Lucius Cecilius*, et in quibusdam aliis manuscriptis *Lucii Cælii* nomina desiderantur, ut fatetur Domnus le Nourry: de his agemus ad finem hujusce Disquisitionis. Insuper nullus scriptores inter ecclesiasticos præter Lactantium *Lucius Cecilius* recensetur; omnino ignotus est quis alius ejusdem nominis, cui liber *de Mortibus Persecutorum* adscribi possit.

Prodierunt postea variis in Europæ partibus istius libri editiones aliæ, quibus summo consensu in titulo *Lucii Cecili* seu *Cælii* vocibus præfixa sunt *Firmiani Lactantii* vocabula.

At Domnus Nicolaus le Nourry, Ordinis S. Benedicti Monachus, vir utique eruditissimus, cujus studio et operâ anno millesimo septingentesimo decimo nova libri *de Mortibus Persecutorum* editio Parisiis adornata est, *Lucii Cecili* nomina tantum in titulo reliquit, nec *Firmiani Lactantii* voces addidit. Idque præstitit, tum quia manuscriptus ille codex *Firmiani Lactantii* nomina non habet, tum quia *infirmâ esse* existimavit argumenta, quibus hic liber Lactantio tribuitur, *aliaque*, ut sibi visum est, *suppetere censuit, nec minimi momenti, quibus ab eo abjudicaretur.*

In ea re D. Stephanus Baluzius et Domnus Nicolaus le Nourry consentiunt, codicem manuscriptum, qui unus extat, et e quo typis expressus est liber hic *de Mortibus Persecutorum*, præter hiatus lacunasque nonnullas, mendis infectum esse plurimis. Ostendit præterea Domnus le Nourry, *plurima esse loca in eo codice, quæ non solum Librarii, ut assolet, aut oscitatione ac negligentia, aut nimia scribendi festinatione, sed magna etiam, ut ait p. 119 linguæ latinæ ignorantia depravata sunt penitusque corrupta.*

Quæ igitur in libro *de Mortibus Persecutorum* ignave, crasse, obscure et mendose scripta sunt, atque a claritate ac nitore sermonis, aut etiam opinionibus Lactantii aliena occurrunt, ea scribæ, non autem auctori imputanda sunt; nec ob ejusmodi vitia liber *de Mortibus Persecutorum* Lactantio detrahendus est. Hinc tamen occasionem arripit doctus et Benedictino sodalitus vir religiosus, ad probandum librum istum non esse Lactantii.

Hac autem unica observatione prævia, nonnulla argumenta, quibus opinionem illam, quæ librum *de Mortibus Persecutorum* Lactantio tribuit, convellere nititur Domnus le Nourry, ruere ac solvi, vel leviter attendenti manifestum erit.

Jam ab anno 1715 durius, quam par est, Domnum Nicolaum le Nourry exagitaverat in Observationibus Criticis (1), quas edi curaverat D. de la Crose tomo VII Diarii Litterarii, parte I (*Journal Littéraire* anni 1715, à la Haye), ubi docte præcipua Nicolai le Nourry momenta evertit: sed nostra Disquisitio erit multo pacatior.

His prænotatis, quæ communi de Auctore hujus libri sententiæ favent, simul et inter argumenta, quæ huic adversari Domnus le Nourry putat, illa, quæ peculiari responsione indigere mihi visa sunt, expendam.

1º Titulus libri *de Mortibus Persecutorum* præfert nomina **LUCII**, vel **LYCII CECILLI**, quæ quidem viden-

(1) Réflexions sur la nouvelle édition du Traité de la Mort des persécuteurs, avec une dissertation de dom Nicolas le Nourry, in-8º, Paris, 1710.

enim Lactantius vulgo dicatur Cælius, et desint in libro *de Mortibus Persecutorum* nomina *Firmiani Lactantii*; in pluribus tamen indubitatorum Lactantii operum manuscriptis nominatur *Lucius Cecilius*, et in quibusdam aliis manuscriptis *Lucii Cælii* nomina desiderantur, ut fatetur Domnus le Nourry: de his agemus ad finem hujusce Disquisitionis. Insuper nullus scriptores inter ecclesiasticos præter Lactantium *Lucius Cecilius* recensetur; omnino ignotus est quis alius ejusdem nominis, cui liber *de Mortibus Persecutorum* adscribi possit.

2º Sanctus Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum memorat Lactantii *de Persecutione librum unum*. At liber iste *de Persecutione* non videtur alius esse a libro *de Mortibus Persecutorum*. Liber enim iste unus est, sicut et liber *de Persecutione*; ac in eo libro non agitur tantum *de mortibus persecutorum*, verum etiam de acerba in christianos a diversis Imperatoribus excitata persecutione: unde potuit utrumvis titulum præ se ferre. Minimum quidem duas inter istas inscriptiones discrimen est; qui enim *de persecutione* verba facit, debet et *de persecutoribus* agere: ea sane inter se connexa sunt. Sic ea non discrevit Lactantius ipse, Epitomes cap. LIII, ubi de persecutione, id est, supplicii christianorum, simulque de mortibus persecutorum conjunctim loquitur.

3º Liber *de Mortibus Persecutorum* inscribitur *Donato*; inscripsit et Lactantius *Donato* librum *de Ira Dei*. Auctor utriusque libri Donatum appellat *charissimum*. Videtur ergo esse unus et idem *Donatus*, cui liber uterque nuncupatur: asserit tamen Domnus le Nourry, Donatum, cui dicatur a Lactantio liber *de Ira Dei*, diversum esse a *Donato*, cui inscribitur liber *de Mortibus Persecutorum*; quod ita probat: *Donatus, cui Lactantius librum de Ira Dei dicavit, ab illo expressis verbis appellatur tyro implicatus sæculi negotiis, christiana doctrina non satis imbutus*. Atqui cum Lactantius scripsit librum *de Ira Dei*, non potuit appellare Donatum tyronem implicatum sæculi negotiis, nec satis christiana doctrina imbutum, si sit idem cum Donato, cui inscribitur liber *de Mortibus Persecutorum*; siquidem liber *de Ira Dei* scriptus est multis annis post finitam persecutionem, in qua per sex annos *Donatus* fuerat catenis et carcere constrictus ob Christi nomen, novies pugnauerat adversus tyrannos, et invictus steterat, ut habetur in libro *de Mortibus Persecutorum*. Confessorem tam eximium postea tyronem appellari potuisse, sæculi negotiis implicatum, et christiana religione non satis imbutum, quis credat?

Sed non est tam explorata illa ratio, ad mentem atque opinionem, quam Domnus le Nourry astruere nititur. Nullibi enim in libro *de Ira Dei* *Donatus* a Lactantio *expressis verbis appellatur tyro implicatus sæculi negotiis, et Christiana religione non satis imbutus*. Non solum illud non habetur de *Donato* apud

Lactantium expressis verbis : verum etiam nihil omnino apud eum occurrit, quo quisquam illum de Donato ita sensisse suspicari possit.

Duobus tantum in locis Lactantius orationem ad Donatum convertit in libro *de Ira Dei*, nempe cap. 1, ubi sic habet : *Adverti sæpe, Donate, plurimos existimare non irasci Deum..... quorum error, quia maximus est, et ad evertendum vitæ humanæ statum spectat, coarguendus est a nobis, ne ipse fallaris impulsus auctoritate hominum, qui se putant esse sapientes. Alter locus legitur cap. 22, ubi sic loquitur Lactantius : Hæc habui, quæ de Ira Dei dicerem, Donate charissime, ut scires quemadmodum refelleres eos, qui Deum faciunt immobilem.... Prophetæ universi divino Spiritu repleti nihil aliud, quam de gratia Dei erga justos, et de ira Dei adversus impios loquuntur, quorum testimonia nobis quidem satis sunt : verum iis quoniam non credunt isti, qui sapientiam capillis et habitu jactant, ratione quoque et argumentis fuerunt a nobis refellendi.*

Ex hic locis liquet, consilium Lactantii fuisse, ita Donatum circa Dei providentiam erudire, ut posset ipsos Philosophos, qui eam tollebant, rationum momenti refellere. Sed adeo non appellat eum tyronem implicatum sæculi negotiis, et christiana religione non satis imbutum, ut ex verbis Lactantii colligatur, Donatum non ignorasse, quid Prophetæ universi dicerent de gratia Dei erga justos, et de ira ejus adversus impios, atque ita Donato eorum testimonia esse nota, ut ipsi satis essent, quemadmodum ipsi Lactantio; quorum testimonia, inquit, nobis satis sunt.

Arbitror equidem plurimos fuisse martyres eximios christiana religione satis imbutos, et etiamnum esse nonnullos pietate conspicuos christianos, qui tamen non possent ratione et argumentis, ut in eo libro *de Ira Dei* præstare conatus est Lactantius, extricare se argumentis philosophorum adversus Dei providentiam. Ejusmodi enim sunt ista argumenta, ut cap. 15 dicat Lactantius, his plerosque Philosophorum, qui providentiam defendunt, perturbari solere, et invitos pene adigi, ut Deum nihil curare fateantur.

Videtur Dominus le Nourry memoriæ lapsu tribuere Donato, quod Lactantius Demetriano dicit in libro *de Opificio Dei*. Demetriano scilicet librum istum de Opificio Dei inscripserat, et hunc velut tyronem sic alloquitur. *Præceptor, ait capite primo, etiam nunc, sed honestioris rei meliorisque doctrinæ... te moneo repetens, iterumque monebo, ne oblectamenta ista terræ pro magnis aut veris bonis habere te credas. Et capite ultimo : Si Deus dederit, inquit, te ad veræ philoso-*

Hæc leguntur numero secundo libri *de Mortibus Persecutorum* : *Extremis temporibus Tiberii Cæsaris, ut scriptum legimus, Dominus noster Jesus Christus a Judæis cruciatus est post diem decimum Kalendarum Aprilis, duobus Geminis Consulibus.*

Textus libri *de Mortibus Persecutorum* consentit cum duobus textibus e regione positis, eo quod dica-

phæ doctrinam et planius, et verius cohortabor. Ista certe verba Lactantii præceptoris sunt tyronem christiana religione non satis imbutum alloquentis : at hæc Demetrianum, non autem Donatum spectant.

4° Lactantium auctorem esse libri *de Mortibus Persecutorum*, inde probatur, quod Nicomediæ in Bithynia, sicut et auctor libri *de Mortibus Persecutorum*, commorabatur etiam Lactantius eo tempore, quo persecutio in Christianos grassata est, et Dei templum eversum est. Id ipsum de se testatur Lactantius, libro v, *Institutionum*, cap. 2, ubi sic loquitur : *Ego cum in Bithynia oratorias litteras accitus docerem, contigissetque, ut eodem tempore Dei templum everteretur.* Siluit urbis nomen, in qua docuit Lactantius : sed Hieronymus non prætermisit; ait enim loco supra citato, Lactantium Rhetoricam Nicomediæ docuisse. Auctor etiam libri *de Mortibus Persecutorum* Nicomediæ se, ipsa persecutione sæviante, et cum templum Dei solo adæquatatum est, mansisse, revera non dicit : sed rem totam ita narrat num. 12, ut in oculis ejus gestam esse intelligatur. *Repente, inquit, adhuc dubia luce ad Ecclesiam... venit; et revulsis foribus simulacrum Dei quæritur, Scripturæ repertæ incenduntur, datur omnibus præda : rapitur, trepidatur, discurritur. Ipsi (imperatores) vero in speculis (in alto enim constituta Ecclesia ex palatio videbatur) diu inter se concertabant, utrum ignem potius supponi oporteret. Vicit sententia Diocletianus, cavens, ne magno incendio facto, pars aliqua civitatis arderet. Veniebant igitur Prætoriani acie structa cum securibus et aliis ferramentis, et immissi undique, tamen illud editissimum paucis horis solo adæquarunt. Et num. 13 : Postridie propositum est edictum, quo cavebatur, ut religionis illius homines carent omni honore ac dignitate, tormentis subiecti essent... Quod edictum quidam, etsi non recte, magno tamen animo diripuit et conscidit... statimque productus, non modo extortus, sed etiam legitime coctus, cum admirabili patientia postremo exustus est. Præterea quæ habentur num. 17 de morbo, quo Nicomediæ laboravit Diocletianus; et num. 35 de Edicto Galerii Nicomediæ proposito, ac de die, quo cognita fuit Nicomediæ mors Galerii, illa auctorem istum libri *de Mortibus Persecutorum* aliquandiu Nicomediæ degisse abunde probant.*

5° Idem est auctoris libri *de Mortibus Persecutorum*, ac Lactantii stylus. Quod ut clarius pateat, hic descripsi tum res, tum sententias, tum locutiones, easque singulares et Lactantio proprias, quæ in libro *de Mortibus persecutorum*, et in aliis indubitatis Lactantii operibus similes reperiuntur, atque ob oculos e regione posui.

Hæc leguntur, libro iv *Institutionum*, c. 10 : *Sub imperio Tiberii Cæsaris, cujus anno quinto decimo, id est, duobus Geminis Consulibus, ante diem septimum (ita multæ editiones) Kalendarum Aprilium, Judæi Christum crucifixerunt.*

Et ejusdem libri cap. 22 : *Mirari desinet Deum ab hominibus esse cruciatum.*

tur sub Tiberio Cæsare Christus a Judæis cruciatus, duobus Geminis Consulibus.

Sed duo sunt, in quibus textus libri de Mortibus A Persecutorum pugnare videtur cum textu, cap. 10 lib. iv Institutionum.

Primum est, quod juxta textum libri de Mortibus Persecutorum, cruciatus est Christus *extremis temporibus* Tiberii Cæsaris; et juxta textum libri iv Instit. anno quinto decimo Tiberii Cæsaris. Cum autem Tiberius imperaverit annis duobus et viginti, si Christus cruciatus est anno quinto decimo Tiberii, non fuit cruciatus *extremis temporibus* Tiberii.

Respondetur, auctorem libri de Mortibus Persecutorum ita locutum fuisse, quia annus decimus quintus Tiberii vergit ad ejus imperii finem potius, quam ad initium, nec ibi res est de accurata annorum computatione.

Hæc leguntur eodem num. 2, libri de Mortibus Persecutorum: *Cum resurrexisset die tertio, congregavit discipulos, quos metus comprehensionis ejus in fugam verterat, et diebus quadraginta cum his commoratus, aperuit corda eorum, et Scripturas interpretatus est, quæ usque ad id tempus obscuræ atque involutæ fuerunt; ordinavitque eos et instruxit ad prædicationem dogmatis ac doctrinæ suæ, disponens Testamenti Novi solemnem disciplinam. Quo officio expleto, circumvolvit eum procella nubes, et subtractum oculis hominum rapuit in cælum. Et inde discipuli... dispersi sunt in omnem terram... et per omnes provincias et civitates Ecclesiæ fundamenta miserunt.*

Textus ille libri de Mortibus persecutorum aliis C textibus Lactantii e regione positus similis est, tum quoad res, tum quoad verba. Attamen Dominus le Nourry ex his verbis libri de Mortibus persecutorum, *Ecclesiæ fundamenta miserunt*, concludit, hunc librum non fuisse a Lactantio scriptum. *Quis autem, inquit, bonæ Latinitatis auctor unquam dixit, mittere fundamenta? Is certe non est Lactantius, qui melius scripsit, fundamenta Ecclesiæ ubique jecerunt.*

Ut argumentum istud dissolvatur, observandum primo, in textu capitis 20 Institutionum lib. iv Lactantii non haberi, *fundamenta Ecclesiæ ubique jecerunt*, sed *posuerunt*; deinde a Cicerone has voces, *jacere et mittere* eodem sensu usurpari in libro, cui titulus *Orator*, ubi ait, oratorem salibus uti *in jaciendo mittendoque ridiculo*. Præterea Horatius MIT- D TERE, pro *jacere* ac *ponere* dixit Sat. 3 lib. II:

Mittere operto
Me capite in flumen;

Et ejusdem libri Sat. I:

Hæc leguntur eodem numero 2 libri de Mortibus persecutorum: *Discipuli... dispersi sunt per omnem terram ad Evangelium prædicandum, sicut ille MAGISTER DOMINUS imperaverat, et... per omnes provincias et civitates Ecclesiæ fundamenta miserunt. Cumque jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit, et editis quibusdam miraculis, quæ virtute ipsius Dei, data sibi a Deo potestate, faciebat, convertit multos ad JUSTITIAM, Deoque templum FIDELIS ac stabile collocavit. Qua re ad Neronem delata... prosilivit ad excidendum cæleste templum, delendamque JUSTITIAM. Et primus omnium persecutus Dei servos, Petrum cruci affixit, et Paulum interfecit. Nec tamen habuit impune... Dejectus itaque fastigio imperii, ac devolutus a summo tyrannus*

Alterum, in quo videntur pugnare isti duo textus est, quod in libro de *Mortibus Persecutorum* legatur Christus cruciatus *post diem decimum Calendarum*; in libro autem Institutionum legatur, *ante diem septimum Calendarum*.

Respondetur in notis ad textum libri Institutionum editionis 1660, Lactantii, observatum esse in quibusdam manuscriptis haberi, *ante diem decimum Calendarum*; atque in eis notis proferri hæc verba Pauli Jureconsulti: *Ante diem decimum Calendarum, et post diem decimum Calendarum, utroque sermone undecimus dies significatur*. Si ita sit, omnis istorum textuum pugna evanescit. Negari tamen non potest, quin aliquod mendum circa numerum dierum in illos textus irrepserit: sed Librariis id est tribuendum.

Hæc leguntur lib. iv Institut., c. 19: *Tertio die... e sepulcro vivus egressus, in Galilæam profectus est, ut discipulos suos quæreret.*

Et ejusdem libri, c. 20: *Discipulis iterum congregatis, Scripturæ sanctæ litteras, id est, Prophetarum arcana patefecit, quæ antequam pateretur, perspicere nullo modo poterant... quæ post resurrectionem ejus scripta sunt, Novum Testamentum nominatur.*

Et ejusdem libri c. 21: *Ordinata vero discipulis suis evangelica ac nominis sui prædicatione, circumfudit se repente nubes, eumque in cælum sustulit, quadragesimo post passionem die... Discipuli vero per provincias dispersi fundamenta Ecclesiæ ubique posuerunt.*

Mitteret in Pyrgum talos;

Et in libro de Arte poetica:

In scenam missos magno cum pondere versus.

Quin etiam ipse Lactantius *mittere*, pro *jacere*, promiscue utitur lib. I Institut. cap. 21, ubi ait: *Saturnus in Latio eodem genere sacrificii cultus est; non quidem ut homo ad aram immolaretur, sed ut in Tiberim de ponte Milvio mitteretur... Verum id genus sacrificii... dicitur esse sublatum, ritu tamen permanente, ut pro veris hominibus imagines jacerentur. Quod confirmat ex Ovidio Lactantius, cujus hos versus refert, in quibus *mittere* et *jacere* indiscriminatim adhibentur eodem sensu:*

Illum stramineos in aquam misisse Quirites:
Herculis exemplo corpora falsa jace.
Tum quoque priscorum virgo simulacra virorum
Mittere roboreo scirpea ponte solet.

Hæc, ut puto, satis superque probant, verba ista, *fundamenta miserunt*, non solum esse bonæ Latinitatis, sed etiam Lactantii stylo congruere.

Hæc leguntur lib. iv Instit. cap. 21: *Discipuli vero per provincias dispersi, fundamenta Ecclesiæ ubique posuerunt, facientes et ipsi nomine MAGISTRI DEI magna, et pene incredibilia miracula; quia discedens instruxerat eos virtute ac potestate... Petrus et Paulus Romæ prædicaverunt... cum eos Nero interemisset, etc.*

Ex eodem libro cap. 14: *Apparet prophetas omnes denuntiassse de Christo, fore aliquando, ut... constitueret æternum templum Deo, quod appellatur Ecclesia... hæc est domus FIDELIS, hoc IMMORTALE TEMPLUM.*

Ex libro v Institut. cap. 1: *Cultores Dei summi, hoc est, justos homines torquent.*

nusquam repente comparuit, ut ne sepulturæ A
ocus in terra tam malæ BESTIÆ appareret.
vero 3 : Post hunc alter non minor tyrann-
tissime tutusque regnavit, donec impias manus
Dominum tenderet. Postquam vero ad perse-
JUSTUM POPULUM instinctu Dæmonum incita-
unc traditus in manus inimicorum luit pœnas.
d. 4 : Quis JUSTITIAM nisi malus persequatur.
d. 9 : Maximianus... omnibus, qui fuerunt,
or. Inerat huic BESTIÆ naturalis barbaries.
d. 21 : Corpora jam cremata, lecta ossa, et
rem comminuta jactabantur in flumine ac
d. 32 : Dolet BESTIA et mugit.

et voces in his textibus consonant. Perse-
Ecclesiæ appellantur utrobique bestiæ; ossa
n dicuntur in cineres comminuta. Præterea
dum ad istas locutiones utrinque similes,

odem num. 3 libri de Mortibus persecuto-
ntur : Ecclesia... secutis... temporibus, qui-
principes Romani imperii clavum regimenque
... manus suas in Orientem Occidentemque
ut jani nullus esset terrarum angulus tam re-
quo non religio Dei penetrasset, nulla denique
i feris moribus vivens, ut non, suscepto Dei
i justitiæ opera milesceret.

textus istos, nulla est gens, nulla natio,
susceperit Dei cultum; et eisdem verbis

um. 9 et 10 libri de Mortibus persecutorum C
: Diocletianus... quam vero causam persequen-
it, exponam. Ut erat pro timore scrutator re-
rarum, immolabat pecudes, et in jecoribus ea-
tura quærebat. Tum quidam ministrorum,
Dominum, cum assisterent immolanti, impo-
RONTIBUS suis IMMORTALE SIGNUM. Quo facto,
læmonibus, sacra turbata sunt. Trepidabant
i, nec solitas in extis notas videbant; et quasi
sent, sæpius immolabant. Verum identidem
hostiæ nihil ostendebant, donec magister ille
m Tagis, seu suspicione, seu visu, ait, idcirco
oudere sacra, quod rebus divinis profani ho-
erescent. Tunc ira FURORIS, sacrificare non eos
qui sacris ministrabant, sed universos, qui
palatio, jussit, et in eos, si detrectassent, ver-
nimadeerti.

roque textu eadem non tantum persecutionis
signatur; verum etiam res eodem modo et

um. 16 libri de Mortibus persecutorum le- D
Vexabatur ergo universa terra, et præter Gal-
Oriente usque ad Occasum tres acerbissimæ bes-
bant.

ia mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
irrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,
omnia pœnarum percurrere nomina possem,
dices per provincias justis atque innocentibus
it.

u libro num. 15 : Omnis sexus et ætatis ho-
exustionem rapti... tormentorum genera in-
excogitabantur.

utorum furor in textibus ex utraque parte

um. 38 lib. de Mortibus persecutorum ha-

Et eodem libro cap. 2 : Eodem ipso tempore, quo
justus populus nefarie lacerabatur.

Et eodem libro cap. 7 : Justitia nihil aliud est,
quam Dei unici pia et religiosa cultura.

Et eodem libro cap. 11 : Impietatem suam adver-
sus JUSTOS violenter exercent, nec immerito a prophetis
BESTIÆ nominantur... Nam quis Caucasus, quæ India,
quæ Hircania tam immanes, tam sanguinarias unquam
BESTIAS aluit... illa est vera BESTIA, cujus una jussione

Funditur ater ubique cruor, crudelis ubique
Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago.

Nemo hujus tantæ belluæ immanitatem potest pro me-
rito describere, quæ uno loco recubans; tamen per
totum orbem dentibus ferreis sævit; et non tantum ar-
tus hominum dissipat, sed et ossa ipsa comminuit, et
in cineres furit, ne quis extet sepulturæ locus.

Et eodem libro v Institut. cap. 23 : Injustissimi
persecutores... non se putent impune laturos... punien-
tur enim judicio Dei... propterea vindicaturum se in
eos celeriter pollicetur, et exterminaturum BESTIAS ma-
las de terra.

Magister Dominus, Magister Deus, templum fidele et
stabile, templum æternum, domus fidelis, Deo collo-
care, Deo constituere : populus justus, Justi, pro veri
Dei cultoribus; justitia, pro Dei singularis cultura.

Hæc lib. vii Institut. cap. 15 leguntur : Roma...
sublata Carthagine, quæ tandiu æmula Imperii Roma-
ni fuit, manus suas in totum orbem terra marique...
porrexit.

Et libro v Institut. cap. 13 : Cum vero ab ortu solis
usque ad occasum lex divina suscepta sit, et omnis
sexus, omnis ætas, et gens, et regio, unitis ac pari-
bus animis Deo serviant.

Ecclesiæ et Imperii Romani magnitudo describitur

Hæc lib. iv Institut., cap. 27 leguntur : Cum diis
suis immolant, si assistat aliquis signatum frontem ge-
rens, sacra nullo modo litant;

Nec responsa potest consultus reddere vates.

Et hæc sæpe causa præcipua justitiam persequendi ma-
lis regibus fuit. Cum enim quidam ministrorum nostros
sacrificantibus Dominis assisterent, imposito FRON-
TIBUS signo, deos illorum fugaverunt, ne possent in
visceribus hostiarum futura depingere. Quod cum in-
telligerent Aruspices, instigantibus isdem Dæmonibus,
quibus prosecant, conquerentes profanos homines sacris
interesse, egerunt principes suos in furorem, ut expu-
gantur Dei templum, seque vero sacrilegio contamina-
rent, quod gravissimis persequentium pœnis expiaretur.
Sed quoniam neque accedere ad eos possunt... quos
SIGNUM IMMORTALE munierit.

isidem pene verbis exponitur.

Lib. v Institut. cap. 11 hæc leguntur : Quæ autem
per totum orbem singuli gesserint, enarrare impossibile
est. Quis enim voluminum numerus capiet tam infinita
tam varia genera crudelitatis? Accepta enim potestate,
pro suis moribus quisque sævit... Itaque dici non
potest, hujusmodi Judices quanta et quam gravia tor-
mentorum genera excogitaverint.

Et lib. vi, cap. 17 : Spectatæ sunt, spectanturque
adhuc per orbem pœnæ cultorum Dei, quibus excru-
ciandis nova et inusitata tormenta excogitata sunt.

idem, eodemque fere modo exprimitur.

Et lib. vi Institut. cap. 23 : Quid dicam de iis, qui

bentur : *Illud vero capitale, et supra omnes, qui fuerunt, A abominandam non libidinem, sed insaniam potius corrumpendi cupiditas, quid dicam nescio, nisi cæca et effrenata; et tamen his verbis exprimere pro indignatione sua non potest. Vincit officium linguæ sceleris magnitudo.*

In his duobus textibus locutiones omnino similes occurrunt. Mendosus tamen est textus libri de Mortibus persecutorum : sed si addatur vox ista *mens*, quæ potuit amanuensis culpa omitti, sic legendum

Hæc num. 5 lib. de Mortibus Persecutorum leguntur : *Nonne mirabile est ausum esse quemquam... cogitare adversus majestatem singularis Dei regentis et continentis universa?*

Et num. 12 : *Templum paucis horis solo adæquarunt.*

Et num. 15 : *Constantius..... conventicula, id est, B parietes, qui restitui poterant, dirui passus est.*

Num. 16 : *Auctor et consiliarius ad faciendam persecutionem; de Hierocle dicitur.*

Eodem numero : *Sæculum cum suis terroribus triumphasti.*

Eodem numero : *Nefanda jussione contempta. Jussio, vox Lactantiana.*

Eodem num. *Nullus laqueus inducat.*

Num. 18 de Mortibus persecutorum : *Multorum sibi odia quæsisset; verbum Lactantianum, pro acquisivisset.*

Eodem numero : *Ita plane.*

De Mortibus persecutorum, num. 21 : *IN SERVITIUM se addicant; id est, in servitum.*

De mortibus persecutorum, num. 23 : *Contra omne C jus humanitatis occidit.*

De Morte persec., num. 24 : *Jam propinquavit illi judicium Dei.*

Eodem num. *Ei imperium per manus tradidit.*

De Mort. persec., num. 26 : *Quærebat quatenus. Quatenus eo loci, pro quomodo.*

De Mortib. persec., num. 27 : *Inflammatum ira; sic et supra, num. 14 : Inflammatum ira.*

De Mort. Persec. num. 28. *Tanquam superbus alter, exactus est. Loquitur de Tarquinio.*

De Mort. persec. num. 30. *Habuit impune.*

Et num. 33. *Percussit eum Deus insanabili plaga.*

Eodem num. *Forinsecus; vox insolita.*

Eodem num. *Inæstimabile scutobat examen.*

De Mort. Persec. num 56. *Ad præsens.*

Et num. 58. *Ingennas virgines imminutas servis suis donabat.*

Num. 44 libri de Mort. Perséc. sic habetur : *Et quamvis se Maxentius Romæ contineret, quod responsum acceperat periturum esse, si extra portas urbis exisset... commonitus est in quiete Constantinus, ut caeleste signum Dei notaret in scutis.*

Notentur in utroque textu locutiones istæ similes : *Se Romæ contineret; castris se contineret, commonitus est in quiete, per quietem monens.*

Abominandam non libidinem, sed insaniam potius ceut?... Quibus hoc verbis, aut qua indignatione tuum nefas prosequar? Vincit officium linguæ magnitudo.

erit : *Et tamen his verbis exprimere mens pro in tione sua non potest; et sensus erit planus et ap ita emendarunt doctiores quique.*

Hæc cap. 1 lib. 1 Institut. leguntur : *Maj Dei singularis ac veri et cognovisti, et honorasti.*

Et lib. IV Institut., cap. 21 : *Futurum esse runt, ut... civitates eorum solo adæquaret.*

Et lib. V Institut., cap. 11 : *Unus in Phrygia, versum populum cum ipso pariter conventiculo amavit.*

Lib. V Divin. Institut., cap. 11 : *Alius e materiam mordacius scripsit, qui erat tum e Judicium, et qui auctor in primis FACIENDÆ PETITIONIS fuit. Hæc etiam de Hierocle.*

Lib. IV, Divin. Institut., cap. 26 : *Mortem ca TERRORIBUS TRIUMPHARET; et l. VI, c. 25.*

Lact., Inst., l. IV, c. 15, eodem verbo *jussio* et l. V, c. 11 et 15.

Lact., l. VI Div. Inst. c. 21, in *eosdem laqueos* ducantur.

Sic Lact., Div. instit. l. I, c. 20; l. II, l. IV, c. 1; l. V, c. 4; l. VII, c. 11, 14 et 15. Ep. c. 4, 20 et 27 : his omnibus in locis *quære* acquirere.

Lact., Div. Inst., l. I, c. 11; l. II, c. 2 : *Ita* eodem modo.

Lact., Epit., c. 52 : *Tradet IN SERVITIUM universas*, eodem sensu.

Lact., l. V Div. Inst., c. 19 et 22 : *Contra j manitatis; l. VI, c. 10 : Contra jus humani fas omne spoliant, cruciant, occidunt, exterminant.*

Lact., Div. Inst., l. VII, c. 14 : *Cujus judicii appropinquare ostendam; et c. 24 : Et jam pro quare summum illum conclusionis extremæ die propinquare eodem modo utitur Lactantius i tome, c. 71 initio.*

Lact., Div. Inst. l. II, c. 4 : *Vixit usque ad a tem, regnumque filio per manus tradiidit.*

Lact., Div. Inst. l. II, c. 21, *quatenus etiam* sensu accipitur, sicut et l. IV, c. 27; l. VII, c. 11.

Lact., Div. Inst. l. VII, c. 17, *inflammatum* ita

Lact., Div. Institut. lib. IV, cap. 14. *Tarquinibus exactus est.*

Lact., Epitome, cap. 53. *Impune habuit; et c Impune habens.*

Et lib. VII Institut. cap. 15. *Percussit Æg Deus insanabili plaga.*

D Lact., de Opific. Dei cap. 2. *Forinsecus, sensu.*

Lact., Divin. Institut. lib. I, cap. 16; lib. de Ir 10. Epitomes cap. 72, *Inæstimabilis*, eodem se

Lact., Divin. Institut. lib. VII, cap. 6, 10 et 15. *Ira* cap. 22, *ad præsens* eodem sensu usurpatur

Et lib. I Institut. cap. 10 : *Omitto virgines qu minuit.*

Lib. II Institut. num. 7 sic habetur : *Tiberio que Attinio homini plebeio per quietem observat Jupiter dicitur.*

Et postea loquens de Augusto, sic habet : *I ejus Artorio Minervæ species obversata est, mon propter corporis imbecillitatem castris se con Cæsar.*

Persec. num. 44: *Et suum proprium*; voce Lactantianæ.

ibus Persec. num. 47: *Quiverunt*, verbum frequens.

49: *Insustentabili dolore usque ad rabiem us est.*

52, qui et ultimus est: *Deus gregem suum tatum a lupis rapacibus, partim vero disperere ne recolligere dignatus est, et bestias malas*—Et num. 50: *Sic omnes impii vero et justo i eadem, quæ fecerunt, receperunt.*

int utrinque textus isti. Notandum, vocem *insustentabili*, forte in nullo alio auctore repe-

ocul dubio loquendi formulas, quæ unum se representant auctorem, sat diligenter lerat dominus le Nourry: alioquin in eam, ut libere non ivisset opinionem, a qua dis- minuo viri quique doctissimi. Hanc porro si statuisset, non frigidis, non levibus, non debuera argumentis: sed firmas, imo et is ipsius erat adhibere rationes, quibus rudiâ a pristina sua dimoveri sententia. Nourrysius, non nisi casu et fortuito similes ertas in utroque auctore locutiones. Id qui- it fieri semel, aut bis, sed non ubique, ac et amplius, sicuti evenit in libello sexaginta aginarum; præcipue vero cum agatur de is ita singularibus, ut vix eas in aliquibus criptoribus.

ergo locis, quos non e libro tantum de Mor- ecutorum, verum etiam ex indubitatis Lac- ribus exscripsi, stylum eundem esse libri os Persecutorum ac Lactantii constat. in certe scriptorem in eloquendo facilem, et apertum, quique bonarum artium aue- solutaverit, quæ sunt quoque Lactantii do- de Mortibus Persecutorum exhibet.

a librum de Mortibus Persecutorum Lactan- adam suadet adhuc, quod sicut docet libri or num. 1 et 50, *universos christiani nomi- atores a summo Deo debellatos, et digna ul- se deletos*: Ita Lactantius lib. v Institut. c. radit, *Deum in malos principes et injustissi- ctatores vindicasse populi sui vexationes, e accidisse, ut ultio consecuta fuerit.*

iones qui contulerit in unum, non mirabi- statim ac in lucem prodit liber de Morti- cutorum, iudicium hoc omnium litterato- rum, cum Lactantio esse adscribendum.

i nunc de præcepto Nicolai le Nourry argu- dex ms. inquit, de Mortibus Persecutorum, et nomen Lych, vel Luch Cæcili; ergo actantii. Miror, doctum editorem hic non e, quod ipse tamen fassus est, amanuensem eis scriptorem, *rel oscitatione ac negligentia scribendi festinatione, atque etiam linguæ oratione, multa in eo libro depravasse, peni-*

PATROL. VII.

Lact. Divin. Institut. lib. iii cap. 40; lib. iv cap. 44; lib. v cap. 44; De Opific. cap. 2, ubi *suum proprium, suo proprio, sua propria semper adhibentur.*

Lact. Div. Institut. lib. ii cap. 5; lib. v cap. 22, ubi etiam *quiverunt et quiverint* usurpantur eadem significatione.

Et lib. vii Institut. cap. 16: *Hic insustentabili dominatione vexabit orbem.*

Et lib. v Institut. cap. 25: *Punientur iudicio Dei... vindicaturum se in eos celeriter pollicetur, et exterminaturu malas bestias de terra... veniet, veniet rabiosis et voracibus lupis merces sua.*

iusque corrupti se. Quæ cum ita sint, numquid libra- rius iste non potuit omittere ultima duo LUCH CÆCILII LACTANTII FIRMIANI nomina? At nusquam reperire datur, ait dominus le Nourry Lactantium LUCH CÆCILI, sive LUCH CÆCILI prænominibus insignitum fuisse. At id certe multo minus, verba sunt editoris, in *alicujus libri ab eo scripti titulo poterit inveniri.* Quis non crederet viro summe religioso aequæ ac erudito rem ita affirmanti? Jurarem ipse in verba docti editoris, eum contulisse codices manuscriptos omnes, quotquot reperiri potuerunt apud nostrates, in iisque nusquam legi prænomina Lucii Cæcili et Lucii Cæcili Lactantio adscripta. Longe tamen aliter est. Dominus le Nourry, cum edidit librum de Mortibus Persecutorum, Parisiis tunc degebat. Quæ igitur ratione non perlustravit Regis Christianissimi Bibliothecam? Hoc in Regio- Thesaurio vidit ipse codices multos, eosque appellat in Apparatu suo ad Bibliothecam SS. Patrum tomo ii. Quidni eos curiosius et attentius inspexit? Quod vero per incuriam non fecit Nourrysius, id ipsum accurate exequamur.

Primus igitur codex nongentorum annorum, numero 1662, hæc habet verba, folio 25:

CÆCILI FIRMIANI *de falsa Religione liber primus explicit.*

Incipit liber secundus Lactantii CÆCILI FIRMIANI de Origine erroris ad Constantinum imperatorem.

Ad calcem septimi libri ita scriptum est: CÆCILI FIRMIANI *Institutionum divinarum de Vita beata explicit septimus liber.*

Folio 179 verso legitur: CÆCILI FIRMIANI *de Iræ dicina liber vii explicit.*

Folio 191: CÆCILI FIRMIANI *de Opificio Dei liber viii explicit.*

Omissum equidem est his in locis prænomen LUCH.

Sic in codice ms. numero 1664, ad finem tertii libri, ita legas: L. CÆCILI FIRMIANI, omissis Lactantii nomine.

In fine sexti libri extat: CÆCILI FIRMIANI LACTANTII *explicit liber vi de vero Cultu.*

Codex 1665 sic habet: *Incipit liber FIRMIANI Institutionum divinarum.* At legitur ad oram codicis litteris vocalibus: CELI FIRMIANI *de Religione et rebus divinis ad Constantinum imperatorem.*

In fine autem primi libri scriptum est: L. CÆCILI

FIRMIANI *Institutionum divinarum liber primus explicit* A feliciter.

In fine quarti libri legere est : CÆLI FIRMIANI *Institutionum divinarum liber IV explicit*.

Ad calcem quinti libri scribitur : L. CÆLI FIRMIANI *Institutionum divinarum liber V de Justitia explicit*.

Manuscriptum Regium, numero 1673 sic habet : LUCH CÆLI LACTANTII FIRMIANI *divinarum Institutionum adversus Gentes ad Constantinum Imperatorem liber primus*.

Ad calcem vero ms. codicis habetur : L. CÆLI LACTANTII FIRMIANI *divinarum Institutionum adversus Gentes septimus et novissimus liber ad Constantinum Imperatorem feliciter explicit*.

Sic in codice 1671 ejusdem Bibliothecæ legitur : B L. CÆLI LACTANTII FIRMIANI *divinarum Institutionum adversus Gentes, de falsa Religione libri primi Præfatio ad Imperatorem Constantinum*.

Codex Colbertinus, nunc in Bibliotheca Regia numero 1667, cui præfixa est inscriptio his verbis : LUCHI CÆCILII FIRMIANI LACTANTII *liber incipit contra Gentes*.

In codice Lactantiano, qui est in Bibliotheca Majoris-Monasterii juxta Turones, initio libri primi sic habetur : LACTANTII FIRMIANI CÆCILII *de falsa Religione Deorum, incipiunt Rubricæ libri primi*.

Ad calcem libri secundi legere est : FIRMIANI LACTANTII CÆCILII.

Tandem in fine sexti libri scribitur : CÆCILII FIRMIANI LACTANTII, etc.

His in locis per incuriam omissum est prænomen LUCHI.

Quin et in antiquo Bononiensi codice, cui tamen duo priora desunt folia, legitur tamen ad calcem libri primi : L. FIRMIANI LACTANTII *de falsa Religione*

liber primus explicit, omisso tunc scilicet CÆLI CÆCILII nomine, quod nihilominus in aliis libris legitur.

In fine librorum II, III et VII habetur : L. FIRMIANI LACTANTII, etc.

Verum, desinente libro IV habes : L. CÆLI LACTANTII FIRMIANI, etc. inverso, ut vides, ordine.

Ad finem autem libri de Ira Dei legere datum CÆLI LACTANTII, prætermisso FIRMIANI nomine.

At cur Dominus Nicolaus le Nourry non in codice ms. Lactantii, qui extat in Sangerni Bibliotheca, ubi tunc degebat? In eo procul dubio legisset ad calcem libri de Opificio Dei : L. FIRMIANI LACTANTII *de Ratione ad Demetrium* Attamen in libris *Institutionum* appellatur modo FIRMIANUS LACTANTIUS tribus aut quatuor modis.

Unde, quæso, tot editores hujus auctoris conscripserunt prænomen et cognomen, scilicet LUCHI FIRMIANI LACTANTII? Nonne ex mss. codicibus usi sunt? Non enim ea vel excogitarunt, derunt casu ac fortuito. Sequitur ergo negatim atque confidentius, quam par est, scripsisse Nicolaus le Nourry, nusquam Lactantium in codice ms. LUCHI CÆLI, aut LUCHI CÆCILII prænominibus legitur fuisse. Imo constat, ita prioribus vocibus appellari, ut æque agnoscat sub Lucii Cæcili cili, ac sub Firmiani Lactantii nominibus.

Sublato igitur præcipuo Domini le Nourry nomen, tota ejus corrumpitur sententia; nec obstaculo minus Lactantio adjudicetur libellus *de Mortibus persecutorum*, quamvis tantum præ se ferat nomen CÆCILII: præsertim cum sat recte docet idque rationibus multis, soli Lactantio ascribere id opusculum elegans ac perutile istud opusculum.

APPENDIX

DE DUOBUS LOCIS CODICIS MANUSCRIPTI LIBRI DE MORTIBUS PERSECUTORUM, QUAE IMMUTATÆ SUNT QUÆDAM VOCES IN TEXTU EDITIONIS DOMINI LE NOURRY.



I.
Primus locus habetur n. 2, col. 196, ubi in textu editionis Domini le Nourry sic legitur de Nerone : *Primus omnium persecutus Dei servos Petrum cruci affixit, et Paulum interfecit : nec tamen habuit impune; respexit enim Deus vexationem populi sui. Dejectus itaque fastigio imperii, ac devolutus a summo tyrannus impotens, nusquam repente comparuit; ut ne sepulture quidem locus in terra tam malæ bestię appareret. Unde illum quidam deliri credunt esse translatum, ac vivum reservatum. Sibylla dicente, matricidam profugum a finibus esse venturum, ut quia primus persecutus est, idem etiam novissimus persequatur, et Antichristi præcedat adventum.*

D
Notavit Dominus le Nourry, in manuscripto deliri, quæ vox cum non cohæreat cum sensu nec quid ibi significet intelligatur, ponendū in edito textu vocem deliri. Verum cuncta ista admitti non debet; omnino enim auctoris menti. Non equidem Lactantius istam de Nerone opinionem, existimans esse translatum et vivum reservatum, suavitatis cit : sed hanc ita exponit, ut ab ipso manifestum sit; siquidem istius quæ opinionis probabiles affert rationes. Primo eam natam esse tradit, quod Nero nusquam comparuerit, ne tam malæ bestię sepultus inveniretur. Deinde docet, hanc opinionem